

)(2^r

Eximiæ spei, Præ=
claræqüe indolis adole-
ſcentibus GEORGIO,
VALENTINO & VITO
fratribus, Integerrimi ac
honeftiſimi Viri D. GE-
ORGII LONNERSTA=

DII, Præpoſitūræ Num=

burgenſis Præfecti,
Filijs.
M. Stephanus Riccius
S. P. D.
PLurimum intereft,
qui liberalis doctri=

næ fuit ſtudioſi, in

Ciceronis cum alijs

omnibus ſcriptis,

tum præcipuè cpi=

ftolis diligentem nauare operam.

Hæ enim non tantum ad Stylum,

)(2 qui

)(2^v

PISTOLA

qui optimus dicendi effector, atq
Magister est, formandum & ritè
exercendum vim habet maximam.
sed animum quoq grauiissima=rum rerum cognitione augent. Fa=tentur namque fere, qui bonarum
artium studijs imbuti humanita=tem colunt, cum ad Epistolas Ci=ceronis recurrunt, tantum se ibi
eximia cum sapientia coniunctæ
prudentiæ copiam inuenire, quan=tam vñquam humana affequi indu=stria posse videatur.
Nec verò sententiæ huius nullæ sunt rationes, siquidem in istis co=dicillis (vt res amplissimas arctissime constringam) Primum conti=nentur dubiarum aliquot de rebus
grauissimis quæstionum adeo feli=ces & rotundæ decisiones, ijs vt le=ctis generosa mens non posset non
mirificè affici, quando non tantum
maximis de negotijs rectè erudi=tur,

) (3^r

DEDICATORIA.

tur, sed infuper velut Ariadnes
filo instituitur, cuius postea ductu
similiter de quibuslibet quantum=
uis perplexarum disputationum
facile se expediat labyrinthis.
Deinde plærarumque, quibus
cum folet humanus conflictari a=
nimus, ægitudinum remedia ibi=
dem plurima simul & præstantissi=
ma fidelissimè montrantur. Siue
enim luctus ab aduersa fortuna, si=ue
mali futuri motus, siue indigna=br/>tio ob offenfam, siue ex æmulatio=br/>ne ortum odium: siue alias qui=
cunq affectus cordi vulnus inflix=br/>erit, reperies híc singulis accom=br/>modata morbis efficaciter fanan=br/>dis medicamenta omnium, quæ
philosophia faltem exhibere po=br/>test, præfentissima.

Denique habet earundem lite=br/>rarum alsidua tractatio plurimum
momenti ad honestatis, virtutisq
(3) quam

)(3^v

PISTOLA

quam Græci καλοκαγαθιαν nomi= nant, studium in animis confirman= dum, sicut experiuntur, quicunq eam in rem feriò incumbunt. Itaq non immeritò summis quibusque viris tanto amore dignæ iudican= tur, nunquam vt è manibus depo= ni debeant, verum hæc vtilitas ad ætatis prouectæ, nec humanarum rerum ignaros homines potissi= mum pertinere videtur.

Pueris autem & adolescenti= bus vel hoc nomine multum in his scriptis operæ, temporisùe ponen= dum erit, vt facultatem sibi com= parent expeditam nulla, aut quam minima reprehensione, & errore scribendi Epistolas. Nam esse li= terarum quoque suum quoddam artificium, ex earum liquet defini= tione, qua cum familiaribus collo= quijs amicorum, imprimis docto= rum, bonorumqúe, quorum vesti= gij

$$)(4^r$$

DEDICATORIA.

gijs iuuentutem infistere decet, conferuntur. Cum enim iij fermo=nis culturam, etiam quando priua=tim inter se conferunt, non penitus omnem negligant, sed maximope=re huc spectent, vt quemadmo=dum in orationibus ipsis & geftibus, ita etiam in verbis per omnia pro rerum, quas tractant, dignitate, quoad eius fieri potest, deco=rum feruent & tueantur, quis ne= get æqualem vel potius maiorem in Epitolis quoque diligentiam requiri?

Etsi autem, quæ apud Rhetores de orationibus componendis traduntur præcepta, præfertim generalia, interdum etiam ad epistolas non inconcinnè applicantur, tamen quod vtriusq; generis sui sunt limites, quos transfilire nequam liceat, vt discriminatur, equidem haud dubito, quin) (4 de solo

)(4

de solo

)(4^v

EPISTOLA

de solo id Cicerone accurata at= tentione perfaci, & prudente ad= habita imitatione obseruari opti= mè poscit, idq eò magis, quò mai= or in Epistolis deprehenditur li= bertas, quæ formis & legibus cer= tis astringi vix queat.

Porrò Ciceronem vnum esse,
qui cum in hac tum alijs etiam E= loquentiæ partibus principem ob= tineat locum, nemo inficias puto ibit. Quare iure insignem profectò laudem merentur, qui in hoc maxi= mo autore illuстрando plurimum elaborant, sed melius sibi profaci= unt, qui ab alijs hac ratione adiuti tanti oratoris cum sapientiam tum eloquendi vim in suum transferre vñum legitimè student: id quod omnes bonarum literarum studio= fos indefesso labore facere par est.
Quare ante nouennium primum librum Epistolarum familiarium Ciceronis

)(5^r

DEDICATORIA.

Ciceronis in vfū iuuentutis lcho=
lafticæ Germanicè pro mea virili
redditum edidi. Quia verò deside=
rabantur exemplaria, rogatus sum
vt recognoscerem & augerem,
quò libellus ftudiosis eloquentiæ
effet gratior. Curaui igitur exem=
plaria recudi, addidiq; sequentes
tres libros, quos sub veftri nominis
aufpicio in publicū diuulgo. Vo=
lui enim huius libelli æditione vos
primum adhortari, vt in eo non fi=
tis tardi, in quo omnis vis omnium
ftudiorum veftrorum vertitur, vt
scilicet fidelissimis monitis veftri
præceptoris, Reuerēdi viri, pieta=
te, eruditione & virtute præstantis
M. Stephani Theodori, obtempe=
retis: quo autore ftudia instituere,
fformare, & corrigere positis, me=
mores optimæ fententiæ Cicero=
nianæ, nullam artem literis fine in=
terprete & fine aliqua exercitatio=

)(5 ne per=

)(5^v

PISTOLA

ne percipi posse, omnesq artes do=ctorem ac lumen desiderare. Sitis igitur macte virtute, hoc est, pergit te institutum vrgere: literis optimis, quibus initiati estis, animos excolite, vt inter reliquas bestias vel homines esse agnoscamini, & ne vos, vestrumq honestissimum parentem sumptuum factorum poneat, prouidete: neq fallatis patriæ, patris, amicorumq vestrum expectationem, quam concitatis, cum vos olim vel in administranda Repub. vel in docenda religione, aut dicendo iure sibi profuturos esse confidant. Proinde quod optimus & præstantissimus pater filio præceperat, quem Athenas ad perdiscendam philosophiam miferat, idem vobis quoq dictum putate: memineris, ne dedecores & vrbis autoritatē & magistrorum.

Deinde

(6^r)

DEDICATORIA.

Deinde volui etiam huius libel=li, quantumuis exigui, diuulgatione singularis meæ benevolentiae significationem erga patrem vestrum, clarissimum virum ædere: volui tandem vobis veluti digito monstrare, quanam ratione tanti autoris scripta, qualis fuit Cicero, in nostram linguam rectè conuerti possunt. Quod exercitium et si à multis parui fiat, aut planè contentnatur, tamen hanc habet utilitatem, vt puer interuertendum prium penitus cogatur confidere autoris sententiam, Deinde selectissima verba germanica, quibus propriè singulas periodos ex primat, eligere. Non dicam, quem fructum ex hoc exercitio percipere queat puer, cum aliquando in aulis magnorum regum & principum latinas epistolas, quæ transmittuntur ab alijs, subito sciat quām

)(6^v

PISTOLA

quam maximè proprijs & idem si=gnificantibus verbis reddere ver=naculo fermone, in quo studio multi frigent, pauci sunt felices. Hortor igitur vos pro amicitia, quæ mihi cum vestro clarissimo parente per aliquot annos intercessit, ut hunc meum exiguum laborem non modò boni consulatis: sed vt, quam semel felici auspicio & alaci animo ingressi estis viam, ne vñquam illa deterriti difficultate deferatis: ne patria folum ac Respublica, verumetiam Ecclesia Christi, ad quam iuuandam omnibus officijs præcipue nati sumus, in exoptatissimo studiorum vestrorum fructu aliquando velut acquiescat & lætetur. His valete in Christo, qui vestra studia gubernet, parentemq; vestrum diu in columem conferuet.

Datæ

)(7^r

DEDICATORIA.

Datae ex præpositura Lyfena,
Anno salutis M. D. LXXVIII.
Die XXV. Aprilis, quo ante XVI
annos. Illufriſs. princeps FRI=

DERICVS VVILHEL=

MVS Dux Saxoniæ, IOHAN=

NIS VVILHELMI Ducis

Saxoniæ filius, VVimariæ paulò
ante horam XI. antemeridianam
natus eft, quem Deus æternus Pa=

ter Domini noſtri Iefu Christi, ad
nominis lui gloriam, ad doctrinæ
veræ conſtantem propagationem,
& totius Ducatus Saxonici tran=

quillitatem per Spiritum San=

ctum diu protegat & gu=

hernet.

AMEN.